



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Qua[n]tu[m] debeat vsurarius restituere, & ex quibus bonis c: 35.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

tuauit vt plus acciperet, in rebus, non est vsura: & qui mutuum accepit, debet illi restituere in eadem mensura in qua accepit. Non sic autem in nummis, nam si quis alicui mutuaret centum aureos, quando valent decem iulios, & postea princeps valorē augeat vsque ad quatuordecim, non tenetur qui recepit, reddere centum sed pretium æquiualens: quia in pecunia pretium non differt à re ipsa. \* Ultima causa est quando mutuum degenerat in sortem, vt de tibi mille, ea lege, vt si alteruter nostrum moriatur ante decē annos, illa sint tua, aut tuorum heredum, sin vterque viuat, teneantur mihi mille & quingentos soluere: hoc enim totum licitum est, si libere fiat vtrinque.

*Quantum debeat usurarius restituere, & ex quibus bonis.*

Cap. 35.

**T**rea dar  
fructus  
ra per  
quos e  
sumpti  
fuit: ne  
mo à se  
Tho. 2.  
na om  
sunt, &  
plus ha  
vsuras  
alienar  
e recipi  
stitutio  
quantu  
fit in er  
na hab  
restitu  
distrab  
sunt pe

**T**antum debet vsurarius restituere, quantum ex mutuo accepit lucri, & præterea damna illata, lucra cessantia, fructus quos recepit ex re fructifera per vsuram accepta, sed nõ illos quos ex rebus infrug feris vsu cõsumptilibus sua industria conquisit: nec eos quos ex agro, vel domo à se ex re vsuraria eniptis, S. Tho. 2. 2. 78. iam vero vsurarii bona omnia, restitutioni obnoxia sunt, & quidẽ, ita vt quandiu non plus habet in bonis quã satis sit ad vsuras soluendas, nec ipse res suas alienare possit, nec quisquam ab eo recipere, citra obligationem restitutionis, nisi tantundẽ pederet quantum ab eo ipse acciperet, vt fit in emptione. Si vero plura bona habeat quam necessaria sint ad restitutionem, etsi non possit ea distrahere quę in specie accepta sunt per vsuram, vt quę quãdo nõ

sunt usu consumptibilia, maneat  
 restitutioni obnoxia in cuiuscumque  
 que tandem potestate inveniatur:  
 quod ad alia tamen attinet, quan-  
 diu non reddit se impotentem ad  
 restituendum, potest ea distrahe-  
 re, & quilibet ea sibi ab eo com-  
 parare iusto titulo, nec si postea  
 usurarius non sit soluendo, teneatur  
 hic ea restituere, vxor tamen usurari  
 & filii illius qui aliunde viue-  
 re non possunt, possunt illius bono-  
 nis etiam usura partis sustentari:  
 eademque est ratio de seruis res illor-  
 um augmentibus, secus de aliis.

*Qui obligetur ratione usurae re-  
 stituere, & quid cum usurario  
 agendum. Cap. 36.*

**N**on solum hæredes usurarii  
 pro rata parte bonorum  
 illorum quæ ad illos de-  
 uenit tenentur restituere, sed et